reintegramus: nec non omnia, et singula prenarrata statuta, et ordinationes, a prędicto Ildefonso Episcopo, et fundatore et iuxta eius intentionem, sicut premititur condita, et quę ab eodem Petro provintiali, sicut prędicitur, mutata fuerunt, mutatione huiusmodi, ex nunc in totum, et penitus perpetuo sublata, et remota, ac perpetuo revocatis rejectis, resectis, et abolitis huiusmodi novis statutis, et ordinationibus per ipsum Petrum Provintialem, sicut premittitur factis, ad quorum ulteriorem observationem Collegiales, et alię personę prędicti Collegij decetero, nullatenus unquam teneantur: reliquis, et omnibus, et singulis dicti Collegij statutis, et ordinationibus a prefato fundatore conditis in suo robore ut prius remanentibus et permansuris Apostolica authoritate prefata tenore presentium confirmamus, et aprobamus, omnes que et singulos tam iuris quam facti defectus, siqui forsam intervenerint in eisdem suplemus; illa que valida, et eficatia existere, et fore, ac suos plenarios efectus sortiri, et perpetuo obtinere; ac etiam decetero perpetuis futuris temporibus ab eisdem rectore, et Collegialibus eorum que sucesoribus, nunc et pro tempore existentibus, alijs que omnibus et singulis ad quos id spectat, et expectabit quos que premisa concernunt, et concernent, pro tempore quommodolibet in futurum inviolabiliter perpetuo observari debere, irritum quoque et innane decernimus, si secus super his, a quocumque quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit atentari. Non obstantibus priori voluntate nostra prędicta, alijs que premissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non etiam Collegij, et domorum ordinis que, et Provintiarum prędictarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis et consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, privilegijs quoque, indultis, et literis Apostolicis, etiam eisdem Rectori, et Collegialibus, eorumque superioribus, et personis, ac quibusvis alijs, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribusque, et alijs clausulis, et decretis, etiam motu proprio, et Apostolicę potestatis plenitudine, et etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, aprobatis, et innovatis, ac concedendis, aprobandis, et innovandis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorum que totis thenoribus specialis, specifica, expresa, et individua, ac de verbo adverbum, non autem per clausulas quales idem importantes mentio, seu quęvis alia expresio, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, et exprese derogamus, cęteris que contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, reductionis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, confirmationis, et aprobationis, ac suppletionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę millessimo, quingentessimo, octuagessimo Kalendis Nobembris Pontificatus Nostri anno nono.

Eminentissimo Señor. Domingo Treviño en nombre de el Rector, y Collegio de San Gregorio de la Ciudad de Valladolid, Orden de Santo Domingo: Digo que dho. Colegio mi parte obtuvo Bulla de su Santidad de Gregorio Decimo-

Decimo sexto, enque Restituio al dho Colegio los estatutos antiguos que
el Padre fray Pedro hernandez avia quitado. Y para su inteligencia, y
que se guarde, y Cumpla, Suplico a V. Eminencia mande se de ami parte
mandamiento, con insercion de dha, Bulla para que se guarde, Cumpla, y
execute lo en ella Contenido. Pido Justicia, &c. Domingo Treviño. Y asi pre-
sentada, y por nos vista, mandamos dar, y dimos las presentes, por las
manda miento. quales, y la authoridad Apostolica a Nos Concedida, deque en esta parte
usamos, mandamos en virtud de Santa Obediencia, y sopena de excomu-
nion maior Apostolica alos contenidos enla Cabeza de las presentes, que
arden, y Cumplan la Bulla de supra inserta, y la agan guardar,
cumplir, y executar en todo, y por todo como en ella se Contiene, y contra
su tenor, y forma no vayam en manera alguna, con apercibimiento que
contra el Rebelde procederemos, atodo lo que hubiere lugar de derecho.
Otro si mandamos so las mesmas penas, y censuras, aqualquier Notario,
o escrivano para ello requerido, notifique las presentes, y de ello de fe
sin detener las. Dadas &ª = Ay dos en el Archivo la una la que vino de Roma
y la otra impresa con el auto de el Nuncio, y authenticada por un Notario con
el Cumplimiento que el Nuncio hizo que el Provincial viniese a el Colegio
adar alo Contenido en ella. =

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Bula de Gre.º 13